que daños naſcen dellos. E de ſus fechos. E quien los puede acuſar. E ante quien. E que pena merecen, deſpues que les fuere prouada la alcahueteria.

LEY I.

Que quiere dezir Alcahuete, e quantas maneras ſon dellos, e que daño nace dellos.

L. 4. tit. 11 lib. 8. Recop. LEno, en latin, tanto quiere dezir, en romance, como alcahuete, que engaña las mugeres, ſoſacando, e faziendolas fazer maldad de ſus cuerpos. E ſon cinco maneras (1) de alcahuetes. La primera es, de los vellacos malos que guardan las putas, que eſtan publicamente en la puteria, tomando ſu parte de lo que ellas ganan. La ſegunda, de los que andan por trujamanes alcahotando las mugeres, que eſtan en ſus caſas, para los varones, por algo que dellos reſciben. (2) La tercera es, quando los omes tienen en ſus caſas captiuas, o otras moças, (3) a ſabiendas, para fazer maldad de ſus cuerpos, tomando dellas lo que aſsi ganaren. La quarta es, quando el ome es tan vil, que el alcahueta a ſu muger. (4) La quinta es, quando alguno conſiente que alguna muger caſada, o otra de buen lugar, faga fornicio en ſu caſa, (5) por algo que le den, maguer non ande por trujaman entre ellos. E naſce muy grand yerro deſtas coſas atales. Ca por la maldad dellos muchas mugeres que ſon buenas, ſe tornan malas. E aun las que ouieſſen començado a errar, faceſe con el bollicio dellos peores. E demas, yerran los alcahuetes en ſi miſmos, andando en eſtas malas fablas, e fazen errar las mugeres, aduziendolas a fazer maldad de ſus cuerpos, e fincan deſpues deſhonrradas porende: e aun ſin todo eſto, leuantanſe por los fechos dellos, peleas, e muchos deſacuerdos, e otroſi muertes de omes.

LEY II.

Quien puede acuſar a los Alcahuetes, e ante quien; e que pena mereſcen, deſpues que les fuere prouada el alcahoteria.

LL. 4. 5. y 10 tit. 11 lib. 8. Recop. A Los alcahuetes puede acuſar cada vno del Pueblo, ante los Judgadores de los lugares do fazen eſtos yerros: e deſpues que les fuere prouada el alcahoteria, ſi fueren vellacos, aſsi como de ſuſo diximos, deuenlos echar fuera de la Villa, (1) a ellos, e a las tales putas. E ſi alguno alogaſſe ſus caſas a ſabiendas a mugeres malas para fazer en ellas puteria, (2) deue perder las caſas, e ſer de la Camara del Rey; e demas, deue pechar diez libras de oro. Otroſi dezimos, que los que han en ſus ca-

LEX I.

Leno eſt decipiens mulieres, ut fornicentur, & eſt quintuplex. Quidam enim ſunt ribaldi, meretrices publicas cuſtodientes. Alii, mediatores inter homines, & fœminas, ad commiſcendum inducentes. Alii, ſuas ancilias, vel famulas proſtituentes, & lucrum earum recipientes. Alii, ſuarum uxorum lenones. Alii, conſentientes, quòd in eorum domibus conjugata, vel alia fœmina boni generis fornicetur pretio recepto. Et propter tales lenones, bonæ malæ: & malæ, pejores efficiuntur, & rixæ, diſcordiæ, & mortes, ex eorum permiſsione ſubſequuntur. Hoc dicit.

(1) *Cinco maneras.* Sumpta eſt iſta lex à *L. palam*, §. *lenocinium*, *ff. de ritu nup.* & in aliquo à L. *auxilium*, §. *in delictis*, *ff. de mino.* & *à L. athletas*, §. *ait prætor*, *ff. de his qui notan. infa.*

(2) *Por algo que dellos reciben.* Quid ſi nihil recipiant? Gloſſ. dicit eſſe idem ſi ex conſuetudine hoc faciant, in *dict. L. palam*, §. *lenocinium*, ubi, & gloſſ. quærit, & non ſolvit, an ſit idem, ſi ſemel tantum non ex conſuetudine, vel lucri cauſa aliquis, vel aliqua hoc faciat, vide quæ dicam infra L. proxima.

(3) *O otras moças.* Vid. *in dict. L. athletas*, §. *ait prætor*, & *in dict.* §. *lenocinium*, *L. palam*, *ff. de ritu nuptia.*

(4) *A ſu muger.* Vid. *in dict.* §. *ait prætor.* & *in dict.* §. *in delictis.*

(5) *En ſu caſa.* Concord. *cum L. 1.* §. *fin. ff. de extraordi. crimi.* & *cum* L. *qui domum*, *ff. de adulte.* cum tamen ſubdit (*por algo que le den*) videtur, quòd & idem ſit, & ſi pretio id non faciat, ſed gratis, ut in *L. & ſi amicis*, *ff. de adulte.* & ibi Ange. exponit in commodante domum, & Alberi. ibi poſt Oldra. notat contra præſtantem qualecumque auxilium malefactori, ſine quo maleficium non poterat perpetrari, quod teneretur eadem pœna qua tenetur malefactor. & facit optimus text. in *auth. ut nulli judicum*, §. *ſi vero quando*, *colla.* 9. & *in ſpecie ad dict. L. qui. domum*, tradit And. de Iſer. *in cap.* 1. *in princ. col.* 4. *quibus mod. feud. amitta.* alibi tamen notat Bal. ex text. ibi, mitius puniri aliquem in cujus domum fit aliquid, eo patiente, quam ipſum delinquentem principalem. Vid. Bal. *in L. cum ancillis*, *C. de incæſt. nupt.* ſed tandem dicit. vid. L. & *ſi amicis*, *ff. de adulte.*

LEX II.

Quilibet de populo accuſare poteſt lenones: & pœna ribaldi (de quo ſupr. L. proxi.) cum meretrice quam cuſtodit, eſt, quòd expellitur à Villa, locans autem ſcienter domum ad meretricium, perdit eam, Regis Cameræ applicandam, cum decem libris auri. Proſtituens verò ancillam perdit eam: & ipſa conſequitur libertatem. Si autem eſt alumna libera, dotet eam unde vivere poſsit in matrimonio collocata. Et ſi non habet unde dotet, vel dotare nolit occidetur. Leno autem propriæ uxoris, vel virginis, aut religioſæ ſeu honeſtæ vitæ, vel conjugatæ pro prætio occidetur, & idem de lena. Hoc dicit.

(1) *Echar fuera de la Villa.* Concord. *cum auth. de leno*, *in* §. *ſancimus*, *colla.* 3. & notat Joann. de Pla. in L. *cum ſupra virentes*, *C. de re mili. lib.* 12. *hodie per leg. ordi. lib.* 8. *tit.* 14. L. *fin.* durius ſtatuitur contra iſtos rubanos, & iſtas meretrices, vid. ibi.

(2) *Para fazer en ellas puteria.* In qua ſint tales lenones, ſeu aliquis leno partem capiens de prætiis ſcorti, ut dicit text. in *dict. authent. de leno*, unde iſta ſumpta eſt: nam alias dicit, *L. ancillarum*, *ff. de peti. hæred.* in domibus honeſtiſsimorum virorum lupanaria exercentur: vel ſi intelligas indiſtinctè prohiberi locationem domus ad lupanar exercendum, non ſervatur de conſuetudine, prout dicit Ang. in *dict.* L. *ancillarum*, notat tamen, quòd licèt Civitas haberet ſpeciale privilegium imponendi vectigalia, & gabellam: tamen non poteſt imponere gabellam mulieribus in lupanari exiſtentibus, quando illud lucrum nefandiſsimum eſt, ſecundum Ang. in *dict. auth. de leno*, *in princ.*

caſas captiuas, o otras moças para fazer maldad de ſus cuerpos, por dineros que toman de la ganancia dellas, que ſi fueren captiuas, deuen ſer forras: aſsi como diximos en la quarta Partida deſte libro, en el Titulo (3) de los Aforramientos de los ſieruos, en las leyes que fablan en eſta razon. E ſi fueren otras mugeres libres, aquellas que aſsi criaron, e tomaren precia de la puteria que aſsi les fizieron fazer, deuenlas caſar, e darles dotes, (4) tanto de lo ſuyo, aquel que las metio en fazer tal yerro, de que puedan biuir; e ſi non quiſieren, o non ouieren de que lo fazer, deuen morir porende. (5) Otroſi, qualquier que alcahotaſſe a ſu muger, (6) dezimos, que deue morir porende. Eſſa meſma pena deue auer el que alcahotaſſe a otra muger caſada, o virgen, o Religioſa, o biuda de buena fama, por algo que le dieſſen, (7) o le prometieſſen de dar. E lo que diximos en eſte Titulo, ha lugar en las mugeres (8) que ſe trabajan en fecho de alcahoteria.

TITULO XXIII.

De los Agoreros, e de los Sorteros, e de los otros Adeuinos, e de los Fechizeros, e de los Truhanes.

A Deuinar las coſas que han de venir cobdician los omes naturalmente: e porque algunos dellos prueuan eſto en muchas maneras, yerran (1) ellos, e ponen otros muchos en yerro. Porende, pues que en el Titulo ante deſte fablamos de los Alcahuetes que fazen errar a los omes, e a las mugeres, en muchas maneras. Queremos aqui dezir deſtos, que ſon muy dañoſos a la tierra. E demoſtraremos, que quiere dezir Adeuinança. E quantas maneras ſon della. E quien puede acuſar a los fazedores della. E ante quien puede ſer demandada. E que pena mereſcen, los que ſe trabajan a obrar della, como non deuen.

Ley 5. tit. 1. lib. 8. Recop.

LEY I.

Que coſa es Adeuinança, e quantas maneras ſon della.

A Deuinança, tanto quiere dezir, como querer tomar el poder de Dios (1) para ſaber les coſas que eſtan por venir. E ſon dos maneras de adeuinança. (2) La primera es, la que ſe faze por arte de Aſtronomia, (3) que es vna

(3) *En el titulo.* Vid. *L. 4. tit. 22. part. 4.* & L. *ſi lenones*, *C. de Epiſ. audien.*

(4) *Darles dotes. In auth. de lenonibus*, §. *ſancimus*, in verbo *præconizamus*, hoc non dicitur, ſed ſimpliciter imponitur pœna mortis: unde tene menti iſtam L. benignius impunitione in hoc ſe habentem: & nota eam ad id quòd tradit Alberi. *in L. ſi lenones*, *C. de Epiſ. aud.*

(5) *Morir porende.* Hoc idem, quoad pœnam mortis in *dict. auth. de lenoni.* ut dixi ſupra gloſſ. proxima.

(6) *A ſu muger.* Sive recipiat pretium, ſive non: quia non diſtinguat illa lex, & eſt leno qui adulterium ſubjecit, vel pretium pro comperto adulterio accepit, vel quæſtum ex adulterio uxoris fecerit, L. *auxilium*, §. *in delictis*, *ff. de mino.* L. *mariti*, §. *plectitur*, & §. *qui quæſtum*, *ff. de adulteriis.* Sed quid ſi nullo pretio acceptò tacet, & diſsimulat uxoris adulteria? Videtur hunc non puniri pœna mortis, ſed alias extra ordinem: in contrarium tamen videtur text. in *dict. L. mariti*, §. *qui quæſtum*, *verſic. quòd ſi patiatur* cum dicit. Quòd ſi patiatur uxorem delinquere, non ob quæſtum, ſed ob negligentiam, vel culpam, vel quantamcunque patientiam, vel nimiam crudelitatem extra legem poſitus eſt: ſed forte illa lex intelligi debet, quando patientiam ſuam poteſt obumbrare prætextu ignorantiæ, & incredulitatis: quia in actibus venereis eam non deprehendit: licèt aliqui ſibi referant. Si vero ſit certa ejus ſcientia, & conſtat, quod diſsimulat adulteria, in quibus perſeverat uxor, videtur amplectendum eſſe extra ordinem judicis arbitrio, ſeu pœna in hoc conſueta, facit ad hoc, *L. mariti*, *in princ. ff. de adulte.* & quæ notat Salic. *C. eod. in L.* 2.

(7) *Por algo que le dieſſen.* Perfecto flagitio intellige, alias non deberet mori, ſed aliter puniri, ut *in* L. 1. §. *fin. ff. de extraordi. crimi.* Sed quid ſi nullo dato pretio, interpellavit, ſeu perſuaſit leno, vel lena virginem, vel aliam mulierem, de quibus hic? Videtur idem dicendum, ſi perfectum fuit adulterium, vel ſtuprum, quod alias factum non fuerat, ut probatur *in dict.* §. *fin.* & ſic, quod hic ſuppleatur maxime: vult enim demotare frequentiam facti: nam communiter fit hoc dato pretio non importare quod hoc ſit neceſſarium ad punitionem, & facit quod dixi *ſupra eod. in* L. 1. *in gloſſ. fin.* fortè poſſet dici, quod tunc puniatur pœna mortis, quando principalis delinquens tali pœna teneretur. Si vero alias veniret puniendus principalis, eadem deberet puniri leno talis, ut *in* L. *qui domum*, *cum L. ſequenti*, *ff. de adulte.* & quæ dixi *in dict. gloſſ.* & dicit Lucas de Penna *in* L. *fin. C. de ſpectacu.* & *leno.* quod in Regno Siciliæ, Patres proſtituentes publice filias, & lenæ aliæ puniuntur pœna truncationis naſi, ex conſtitutione illius Regni.

(8) *Mugeres.* Adde *dict. leg. palam*, §. *lenocinium*, *ff. de ritu nuptia.*

TITULUS XXIII.

De maleficis, & Mathematicis.

IN SUMMA.

(1) *Yerran.* Divinatio regulariter ſonat in malum, 1. *quæſt.* 1. *cap. nunquam.*

LEX I.

Divinare eſt Dei poteſtatem ad futura præſcienda, velle recipere. Et eſt duplex divinatio: unaque ſit per artem liberalem Aſtrologiæ, & iſta non poteſt peritis vetari: quia procedit ſecundum curſum naturalem planetarum. Alia eſt auguriorum, ſortium, fictionum, & ſimilium: & iſta eſt prohibita, nec debent exercentes in Regno habitare, nec aliquis eos in domo ſua receptet, nec celet. Hoc dicit.

(1) *De Dios.* Eſaiæ *cap.* 41. *verſ.* 23. annunciante quæ futura ſunt & ſciemus, quia Dii vos eſtis, & Actuum 1. v. 7. non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate, & adde L. 2. *C. de paganis.*

(2) *Dos maneras de adeuinança.* Vide per Archidia. *in cap. accuſatus*, *de hæreti. lib.* 6.

(3) *Aſtronomia.* Diſſuadet Innocen. uſum aſtronomiæ, & uſum ipſius: quia non ducit ad pietatem: & fa-

Leges hujus tit. 23. que divinatores permittit et à pena injuriarum excusant, licet in divinando falsum contra aliquem dixerint, corrigunt per L. 5. 6. et 7. tit. 3. lib. 8. Recop. Vide Olanum in Epilog. nº 132.

Ley 5. tit. 3. lib. 8. Recop. Ley 5. tit. 1. lib. 8. Recop.

vna de las ſiete Artes liberales: eſta, ſegund el Fuero de las leyes, non es defendida (4) de vſar a los que ſon Maeſtros, e la entienden verdaderamente: porque los juyzios, e los aſmamientos, que ſe dan por eſta Arte, ſon catados por el curſo natural (5) de las Planetas, e de las otras eſtrellas: e fueron tomadas de los libros de Ptolemeo, (6) e de los otros ſabidores, que ſe trabajaron de eſta ſciencia. Mas los otros que non ſon ende ſabidores, non deuen obrar por ella; como quier que ſe deuen trabajar, de aprender, e de eſtudiar en los libros de los Sabios. La ſegunda manera de adeuinança es, de los agoreros, (7) e de los ſorteros, (8) e de los fechizeros, que catan agueros de aues, o de eſtornudos, o de palabras; (a que llaman Prouerbio) o echan ſuertes, o catan en agua, o en criſtal, o en eſpejo, o en eſpada, o en otra coſa luziente; o fazen fechuras de metal, (9) o de otra coſa qualquier; o adeuinança en cabeça de ome muerto, o de beſtia, o en palma de niño, o de muger virgen. E eſtos truhanes, e todos los otros ſemejantes dellos, porque ſon omes dañoſos, e engañadores, e naſcen de ſus fechos muy grandes males a la tierra, defendemos que ninguno dellos non more en nueſtro Señorio, nin vſe y deſtas coſas; e otroſi, que ninguno non ſera oſado de los acoger (10) en ſus caſas, nin encubrirlos.

LEY II.

De los que encantan eſpiritus, o fazen ymagines, o otros fechizos, o dan yeruas, para enamoramiento de los omes, o de las mugeres.

L. 5. tit. 1. L. 5. tit. 3. lib. 8. Recop.

NEcromantia (1) dizen en latin, a un ſaber eſtraño que es para encantar eſpiritus malos: e porque de los omes que ſe trabajan a fazer eſto, viene muy grand daño a la tierra, e ſeñaladamente a los que los creen, e les demandan alguna coſa en eſta razon, acaeſciendoles muchas ocaſiones por el eſpanto que reſciben, andando de noche, buſcando eſtas coſas atales en los lugares eſtraños; de manera, que algunos dellos mueren, o fincan locos, o deſmemoriados: porende defendemos, que ninguno non ſea oſado de ſe trabajar, nin de vſar, de tal enemiga como eſta: porque es coſa que peſa a Dios, e viene ende muy grand daño a los omes. Otroſi defendemos, que ninguno non ſea oſado de fazer ymagines de cera, nin de metal, nin otros fechizos, para enamorar (2) los omes con las mugeres, nin para departir el amor que algunos ouieſſen entre ſi. E aun defendemos, que ninguno non ſea oſado de dar yer-

---

faciliè ducit ad idololatriam *in cap. ex tuarum, de ſortileg.* Et ſi quis conſideratione aſtrorum utatur ad præcognoſcendum futuros, caſuales, vel fortuitos eventus, aut etiam ad cognoſcendum per certitudinem futura opera hominum: quia procedit hoc ex falſa, & vana opinione, & operatio dæmonis ſe immiſcet, eſt illicitum, & ſuperſtitioſum: ſi tamen aliquis utatur conſideratione aſtrorum, ad præcognoſcendum futura quæ ex cæleſtibus cauſantur corporibus, puta ſiccitates, & pluvias, & alia hujuſmodi, non eſt illicitum, ſecundum S. Thom. 2. 2. *quæſt. 95. art. 5.*

(4) *Non es defendida. Cap. ſi quis Grammaticam, 37. diſt. & cap. ex tuarum, de ſortileg.* eſt enim una (ut hic dicitur) de ſeptem artibus liberalibus, quarum magiſtris præbetur immunitas, L. 1. *in princ. ff. de variis, & extra. cognitio.* L. *in honoribus*, §. *philoſophis, ff. de vaca. mune. L. fin. ff. de mune. & hono.* & adde gloſſ. *in cap. non liceat, 26. quæſt. 5. & §. his ita, 26. quæſt. 2.* ubi quod iſta ſcientia abiit in deſuetudinem.

(5) *Curſo natural.* Licitum eſt per conſiderationem aſtrorum præcognoſcere futura quæ cauſantur ex cœleſtibus corporibus (ut ſupra dixi) ſicut eclipſim, ſiccitatem, pluviam, & hujuſmodi, *L. eorum, C. de maleſic. & mathe.* & hic: ut & dicit Hierony. ad Fabiolam. Ratione cuncta ſunt plena: & adhærent terrena cœleſtibus, imo ratione terrenorum, & temporum caloris, & frigoris, & inter utrumque temperies de cœli curſu, & ratione deſcendit: & dictum eſt de ſtellis in Geneſi, ut ſint in ſignum, & tempora, & dies, & annos. Sed Aſtronomia quæ ex falſa, & vana opinione procedit, ſuperſtitioſa, & illicita divinatio dicitur, & de tali patenter loquitur, L. *item apud Labeonem, §. ſi quis Aſtrologus, ff. de injur. & cap. non liceat, 26. quæſt. 5.* L. *multi. C. de maleſi. & mathe.* tradit hæc latè Joan. And. *in dict. cap. ex tuarum.*

(6) *Ptolomeo.* In utraque lingua diverſorum ſunt in Aſtronomia ſcripta volumina inter quos Ptolæmeus Rex Alexandriæ apud Græcos habetur præcipuus: hic Canones inſtituit, quibus curſus aſtrorum inveniuntur, ſecundum Iſidor. *lib. 3. Etymologiarum, cap. 25.* Rex etiam Alfonſus iſtarum legum conditor, præcipuus, & inſignis in hac ſcientia memoratur: cujus extant Tabulæ Alphonſinæ, quæ in ſtudiis generalibus leguntur.

(7) *De los agoreros.* Adde *L. nullus, & L. culpa, & L. nemo, C. de maleſic. & mathema. 26. q. 5. per tot.*

(8) *Sorteros.* Vid. *L. 26. quæſt.* 1. *per totum*, & S. Thom. 2. 2. *quæſt. 95. art. fin.*

(9) *Fechuras de metal.* Vel ceræ, ut dicit gloſſ. *C. eod. in L. multi*, ubi Ang. notat contra facientes iſtas imagines, qui pungendo eas, vitas hominum labefactant: & ideo dicit: non derideas iſta, & in L. *eorum*, dicit, non truſes, cum audis iſtas facturas fieri, quæ veræ ſunt.

(8) *Acoger.* Adde *L. nullus, C. eod. & L. fin. C. de paganis, & templis eorum.*

L E X II.

Necromantia eſt incantatio dæmonum: & quia eſt ars nimis damnoſa credentibus illam mortem, aut furorem, aut dementiam incurrentibus propter ea, & principaliter propter Dei offenſam damnatur, & interdicitur ejus uſus: nec ad maris, & fœminæ amorem conjungendum fieri debent imagines, aut pocula propter periculum quod inde ſequi poſſet. Hoc dicit.

(1) *Necromantia.* Hæc eſt illicita, licèt in ea aliæ ſcientiæ licitæ permiſcentur, ſecundum Bald. *in authentic. habita, col. 6. C. ne fil. pro patr.* & ut teſtatur Iſidor. 8. *lib. Etymologiarum, cap. 9.* hæc vanitas magicarum artium ex traditione Angelorum malorum in toto terrarum orbe plurimis ſeculis valuit, & per quandam ſcientiam futurorum, & infernorum, & invocationes eorum, inventa ſunt aruſpicia, augurationes, & ipſa quæ dicuntur oracula, & necromantia, & vid. *in cap. neque mirum, 26. quæſt. 5.* item ſecundum Iſidor. *ubi ſupra*, & habetur, *in dict. cap. neque mirum*, necromanti ſunt quorum per cantationibus videntur reſuſcitati mortui, divinare, & ad interrogata reſpondere. Necro enim græce, latinè mortuus: mantia divinatio nuncupatur: ad quos ſuſcitandos, cadaveri ſanguis adjicitur: nam amare dæmones ſanguinem dicunt: ideoque quotiens necromantia fit, cruor aqua miſcetur, ut colore ſanguinis facilius pruvocentur.

(2) *Para enamorar.* Adde L. *eorum, in princ. C. eod.*

uas, nin breuaje, a algund ome, nin a muger, por razon de enamoramiento: (3) porque acaeſce a las vegadas, que deſtos breuajes vienen a muerte los omes que los toman, e han muy grandes enfermedades, de que fincan ocaſionados para ſiempre.

LEY III.

Quien puede acuſar a los Truhanes, e a los Baratadores ſobredichos, e que pena mereſcen.

Ley 5. tit. 3. L. 5. tit. 1. lib. 8. Recop. L. 6. tit. 3. lib. 8. Recop.

ACuſar puede cada vno del Pueblo (1) delante el Judgador a los agoreros, e a los ſorteros, e a los otros baratadores, de que fablamos en las leyes deſte Titulo. E ſi les fuere prouado, por teſtigos, o por conocencia dellos miſmos, que fazen, e obran, contra nueſtro defendimiento, alguno de los yerros ſobredichos, deuen morir (2) porende. E los que los encubrieren en ſus caſas a ſabiendas, deuen ſer hechados de nueſtra tierra por ſiempre. Pero los que fizieſſen encantamiento, o otras coſas, con entencion buena; aſsi como ſacar demonios de los cuerpos de los omes; o para deſligar (3) a los que fueſſen marido, e muger, que non pudieſſen conuenir; o para deſatar nue, que echaſſe granizo, o niebla, porque non corrompieſſe los frutos; o para matar lagoſta, o pulgon, que daña el pan, o las viñas; o por alguna otra razon prouechoſa, (4) ſemejante de eſtas, non deue auer pena: ante dezimos, que deue recebir gualardon por ello.

TITULO XXIIII.

De los Judios.

Leyes 2. y 3. tit. 2. lib. 8. Recop.

JVdios ſon vna manera de gente, que como quier que non creen la Fe de nueſtro Señor Jeſu Chriſto, pero los grandes Señores de los Chriſtianos ſiempre ſufrieron que biuieſſen entre ellos. Onde, pues que en el Titulo ante deſte fablamos de los adeuinos, e de los otros omes que dizen que ſaben las coſas que han de venir; que es como en manera de menoſpreciamiento de Dios, queriendoſe ygualar con el, en ſaber los ſus fechos, e las ſus poridades. Queremos aqui dezir, de los Judios; que contradizen, e denueſtan el ſu Nome, e el ſu fecho marauilloſo, e ſanto, que el fizo, quando el embio el ſu Fijo nueſtro Señor Jeſu Chriſto en el mundo, para los pecadores ſaluar. E demoſtraremos, que quiere dezir, Judio. E donde tomo eſte nome. E por que razones, la Egleſia, e los grandes Señores Chriſtianos, los dexan biuir entre ſi. E en que manera deuen fazer ſu vida entre los Chriſtianos. E quales coſas non deuen vſar, nin fazer, ſegund nueſtra Ley. E quales ſon aquellos Juezes que los pueden apremiar, por maleficios que ayan fecho, o por debdo que deuan. E como non deuen ſer apremiados los Judios, que ſe tornen Chriſtianos. E que mejoria ha el Judio por tornarſe Chriſtiano, de los otros Judios que ſe non tornan. E que pena mereſcen los que le fizieren daño, o deshonrra. E que pena deuen auer los Chriſtianos, que ſe tornan Judios. E los Judios, que fizieren a los Moros, que fueſſen ſus ſieruos, tornar a ſu Ley.

LEY

---

(3) *Por razon de enamoramiento.* Adde *L. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, &* L. 3. §. 1. *ff. ad leg. Cor. de ſica.* & dicit Ang. *in* L. 1. §. *non autem, ff. ſi quis teſt. liber eſſe juſſus ſue.* caveant illi qui per modum joci, ſive per jocum immiſcent in poculis quędam, propter quæ quis ſolet interdum infamari ad tempus: nam ſi contingeret poculatum mori, tenetur immiſcens lege Cornelia: ſecus ſi dediſſet poculum ad finem bonum, & exitus fuiſſet pravus: unde ſi mulieri dediſſet poculum ad concipiendum, & mulier deceſsiſſet, quoniam tunc non dabat operam rei illicitæ: ideo non punitur, L. 3. §. *ſed, & conſulto. ff. ad L. Corn. de ſicca.*

L E X III.

Quilibet de populo poteſt augures, & alios ſortientes, & baratores accuſare, & debent puniri pœna mortis, & occultatores eorum relegantur perpetuo. Si tamen quis incantationibus, aut aliis utatur bona intentione ad expellendos dæmones à corporibus hominum, aut ad diſſolvenda ligamina conjugum quando non conveniunt inter ſe, aut ad nubem deviandam, ne grandine fructus pereant, vel ſimilia, non eſt puniendus, ſed præmiandus. Hoc dicit.

(1) *Cada vno del Pueblo.* Adde L. *fin. C. eod. &* L. 1. *tit. 4. lib. 8. ordina. regal. &* L. *& ſi excepta. C. eod.*

(2) *Deven morir.* Adde L. *nemo. C. eod. & dict.* L. 1. *& Pragmat. Regis Joannis 2.*

(3) *Para desligar.* Vid. *in cap. ſi per ſortiarias, 33. quæſt. 1.*

(4) *Razon provechoſa.* Concord. *cum* L. *eorum, C. eod.* ubi Bar. dicit, quod illa lex facit contra dictum Beati Thomæ, qui reprobat iſtas incantationes, ſed dicit Bar. quod poteſt loqui de foro conſcientiæ: & quod illa lex loquatur in foro civili, ut non puniantur: unde dicit ſe reſpondiſſe, quod diſſolvens iſtas malitias, non debet puniri: de jure canonico iſta non licent, etiam ad finem boni, 26. *quæſt. 2. cap. illos, cap. ex tuarum, & cap. fin. de ſortileg.* Ang. tamen *in dict. L. eorum*, intelligit, dum tamen iſtæ incantationes fiant virtute divina, pro invocationem dæmonum: quia iſtud eſt prohibitum omni jure. Ad hoc ſatis facit dicta Pragmatica Regis Joannis II. cum dicit (*por ſanar la dolencia que llaman Roſa.*) Iſta enim quæ ſunt ſuperſtitioſa, & quæ de per ſe non poſſunt naturaliter cauſare iſtos effectus: neque poſsint operari tanquam cauſæ, ſed ſolum quaſi ſigna: & ſic pertinent ad pacta ſignificationum cum dæmonibus inita ſunt illicita ſecundum S. Thom. 2. 2. *quæſt. 96. ad 2.* & vid. *in cap. qui ſine ſalvatore, 26. quæſt. 2.* licebit ergo per preces ſacrorum verborum procurare ſalutem, vel alia utilia, dummodo habeatur ſolum reſpectus ad ſacra, & ad virtutem divinam: ut tradit Albe. *in dict. leg. eorum*, & dicit Bal. *in L. fin. in princ. col. 1. C. communia. delega.* quod aliquando dæmones quod ſunt infra lunam, & aerem, permiſsione divina affligunt noſtra corpora, & noſtra bona: & ideo fiunt quædam incantationes, per quas Angeli boni nos tuentur contra malitiam dæmonum.

TITULUS XXIIII.

De Judæis.